# PROTOPARENTUM
## CRIMEN, ET POENA.
## ORATORIUM

*Muſicis expreſſum modulis*

A D. CAJETANO FURLONIO

C I T H A R E D A.

Cujus fidibus commiſit,

*S. POETA CANTANS VOBIS DIVINA.*

Decimo ſecundo Kal. Aprilis.





R O M Æ, MDCXCVIII.
Ex Typographia Joannis Franciſci Buagni.

*Superiorum permiſſu.*

# ARGOMENTO
## della prima Parte.

*FOrma Iddio l'Vomo nel Campo Damasceno ad imagine, e similitudine sua; superba struttura in vero, se non avesse auuto i fondamenti di terra, e perche non viva solo, da una Costa, che gli toglie dà Eva per compagna, misteriosa figura del secondo Vomo celeste; Invidiando Lucifero la sorte di questi cerca ingannarli con far loro mangiare del Pomo vietato, e quì hà principio la parte Prima.*

S. Tl q.91.a

q.91.ar par.1.

q.92.ar par.1.

# A R G O M E N T O
## della ſeconda Parte.

L*Vcifero in forma di Serpente inganna Eva, & eſſa con farne invogliare del frutto troppo acerbo Adamo, lo ſeduce, e di tal macchia ſegna la ſua miſera prole; onde ſcacciati dal Terreſtre Paradiſo fù loro impoſta la pena.*

Imprimatur, si videbitur Reverendiss. Patri Sac. Apostolici Palatii Magist.

*Sperellus Episc. Interamnen. Vicesg.*

---

*Imprimatur,*

Fr. Gregorius Sellari Sacræ Theologiæ Magister, ac Reverendiss. P. Fr. Paulini Bernardinii Sac. Apost. Palatii Mag. Socius Ordinis Prædicatorum.

# *INTERLOCVTORES.*

**ADAM.**

**HÆVA.**

**LVCIFER.**

ORA-

*Adam.*  Uòcumque fert Ocellus
Tui Luminis favillam
Mei Creatoris Numinis,
Sit unda, sive Tellus
Recordor; dùm superbæ,
Et simplices arbusculæ,
Feræ, animantia, & Herbæ
Obediunt mihi, & stirpium minusculæ:
Origo rerum,
Dierum Auctor,
Tui sum Imago,
Tua sum compago,
Et tamen favore
Imperii in imperio me vincis Amore.
*Lucif.* Quæ vox? quis iste fragor?
Heù in tenebras agor;
Citò erumpite Furiæ molestæ
Umbræ infestæ,
Citò nigrum induite velum?
Loto compactus Homo eripit Cœlum.
Quid timetis? umbræ amatæ
Vos incendia si fovetis,
Quid timetis?
*Symphonia.*
Turbo, nimbus evanescat,
Lampas luminum clarescat,
Mœstum æther serenate
Adæ somnum concitate.

Somni soror Mors nunc sit,
Tua lumina reconde
Adam dormi.

*Symphonia placida.*

*Adam.* Ad murmur auræ tremulæ
Rosa ridet Solis filia,
Inter flores gaudia teneo
Lætor simùl, & ignoro.
An Cœlum pictum floribus,
An Terra clara Stellis.
Violæ quoque Solis æmulæ,
Quietem animi componunt
Reclinabo super Lilia.
Ad murmur auræ tremulæ
Rosa ridet Solis filia.

*Lucif.* Claude lumina
Te volo
Morte quidem punitum;
Si pugnando amisi Cœlum
Restat adhùc illud telum,
Quò me impia allexit Sors;
Vindicta pulchrior erit tua mors.

*Adam.* Auræ silete
Satis lusistis?
Minimum quietis rogo
Æther amicum?

*Lucif.* Æther ridet dùm serenum
Vocant lumina sopores,
Inter placidos horrores
Bibes tu dulce venenum. Æther,&c.

Quæ

Quæ nubes importuna
Nunc obumbrat dormientem!
Cor meum gelidus tremor cruciat;
Timenda est procella
Dormientis lateri surgit Puella,
Quæ flavos crines explicat,
Unda ejus luce ridet,
Ah fluctuat cor meum
Hæc Socia, & Uxor illi erit nunc data?

*Adam.* O Consors grata!
Quæ tanta pulchritudo
Cor in pectore inflammavit?

*Heva.* Cœli favor incendia suscitavit,
Solatium animi
Adam tu es,
Cordis unanimi
Tu cara spes,
Ut tibi indulgeam
Quam cupiam scis
Effare flagita,
Pete quod vis?

*Adam.* Quàm pulchra, quàm decora
Mihi Coniux tu es?
Cara Coniux,

*Heva.* Vir amate

*à 2.* Dies refulgeat serena,

*Adam.* Ardeat cor splendore victum,

*Heva.* Cor amoris doleat strictum

*à 2.* Insolubili catena.
Cara, &c.

De

*Adam.* De meo latere
Tu caro mea!
*Heva.* Sponse fidelis
Fidem tu serva?
*Adam.* Tu serva amorem.
*Heva.* Lignum Vitæ poma præbet?
*Adam.* Ne tangamus.
*Heva.* Ne gustemus.
*Adam.* Decretum nobis vetat Supremum;
Infelices
Innocentiæ si perdimus candorem!
*Heva.* Solve timorem.
Non me ducit insana cupido
Indelebilis erit, & lex,
Quod mihi, & tibi fido
Immineat dura nex,
Non me, &c.
*Lucif.* Ah invida Sors!
Iræ, furores lacerant cor,
Bella parentur dira
Serpentis forma, Numinis ira:
Falleris Adam falleris,
Firma si credis gaudia
Terræ delitiæ
Uxoris blanditiæ
Suscitabunt majores ardores,
Auge metum,
In innocentia tua faciam te inquietum.
*Adam.* Quid turbaris?
Quid vexaris?

Hæva amata, caro mea;
Cessent metus,
Cessent fletus,

*Hæva.* Fulminate?
Contumacem vindicate;
Tunc me Astra si sim rea?


*Adam.* Quid vexaris? &c.

*Hæva.* Si culpa fatalis,
Si error lethalis
Nos Cœlum lædendo,
Et escam edendo
Sæviret in me.
Cor meum virtutis
Abiret à spe.

*Adam.* In nulla Deus re
Erit Adam contrà te.

*Hæva.* Deus salutis
Si peccassem coràm te
Cor meum virtutis
Abiret à spe.

*Finis primæ Partis.*



SECUN-

# SECUNDA PARS.

*Hæva.* Uræ placidæ,
Zeffiri molles
Per prata, per colles
Dulce murmur
Per frondes eflate,
Temperate
Flatu levi
Confortis ardorem.

*Adam.* Vos odorem
Alis roſeis portate
Auræ gratæ,
Et Coniugis ſuſpiria
Jam dulcitèr lenite,
Suavitèr ſpirate.
Suſpiriorum auræ
Tuorum luminum ſuccedat Sol,
Sic ſplendor viſus terram fœcundet,
Et oris fons gratiis redundet.

*Hæva.* Aſtra lucida, quando Cœli
Per cæruleum vagamini,
Adæ meo ſponſo fideli
Cor è pectore furamini. Aſtra, &c.

*Lucif.* Non opus eſt Furiis,
Ut cadat, & ruat
Adamus cùm Prole:
Fœmina tegit roſis præcipitia,
Cùm ſit ſopore nata,
Et ſæpè blando vultu fovet vitia:

Cœli proles, quæ læta vagaris,
Quare Pomum, quod rubeſcit,
Et in Orbem ſtatim creſcit,
Ut æmuletur Cœlum rubòre
Non guſtatis ſub frondium viròre?
Cœli, &c.

*Adam.* Hocce Pomum eſt amenum;
Sed amaro ſucco conditum,
Sapor ejus eſt venenum,
Ne tangamus.

*Hæva.* Forsàn tactus
Franget legem vetantis?

*Adam.* Tangendo detinemur,
Tenendo nos comprehendimur,
Præhndendo poſſidemur,
Et poſſidendo vendimur.
Tangendo, &c.

*Lucif.* Inſana lex deludit vos.

*Adam.* Legis decretum devinxit nos.

*Hæva.* Vir dilectè tu times?

*Adam.* Anguis latet, Hæva in herba,
Cave timeo pericula.

*Lucif.* Audite vos mea verba?

*Adam.* Verba non ſunt, ſed ſpicula.
Sub hac arbore amœniſſima
Nobis latet Mors acerba.

*Hæva.* Ejus monet rotunditas
Olympum cernere,
Sic ſapor ejus docet
Cœlum ſpernere.

Sua

Sua quemque fert voluptas,
Trahitque quò desiderat;
Homo se ipso prehnditur,
Leges nunc esse ruptas,
Non curat, non considerat. Sua,&c.

*Lucif.* Eritis instar Dei
Bonum scientes, & malum,
Adam sume tu quoque
Pomum gutturi gratum?

*Adam.* Hæva? sprevisti incauta Dei mandatum.

*Hæva.* Dulcis est ori sapor.

*Adam.* Mihi videtur vapor:
Labiorum cantu,
Luminum planctu
Decipit
Inficit
Amantis cor,
Adam vitam despera,
Res nimis vera
Querelæ, dolores,
Mendaces languores,
Et lacrymæ viles
Sunt noxiæ blanditiæ fœminiles.

*Hæva.* Cœlum iras dat ultrices.

*Adam.* Infelices
Montes operiant nos?

*Lucif.* Nobis parta est victoria,
In cuna Lucifer tumulavit vos:
Incautos cepi,
Cautos decepi

Arte

Arte, versutia
Evomi venenum,
Mœrore suspirant,
Dolore delirant
Cor tabescit angustiis plenum:
Arte, versutia
Evomi venenum.

*Adam.* Ah mei causa doloris!
Hæva? fuge!
*Hæva.* Sequar te,
Quæ vox clamat contra nos?
*Adam.* Siste gradus,
In cortice plantarum
Sententia scripta est.
*Hæva.* Lege Adam coram me.
*Adam.* „In frontis sudore
„Vescar infelix pane.
*Hæva.* „Parturiam in dolore.
*Adam.* „Gradietur Anguis suprà pectus manè.
*Hæva.* In duo flumina
Si sunt satìs mea lumina
Largo fluctu,
Mœsto luctu
Vos abìte,
Fraude perdita Serpentis
Fuit Hæva exitium Gentis,
Nimis læsit Numen vitæ.
Vos abìte
Mœsto luctu,
Largo fluctu

Si

Si sunt satis mea lumina
In duo flumina.
*Adam.* „Oh virtus magna lacrymæ dolentis!
„Mollitur Cœlum stilla Pœnitentis.

*F I N I S.*

